¶ Interrogatiões sine doctrine: quibus quilibet Sacerdos debet interrogare suũ confitentem.

Hic sunt multa vtilia pro cõfessoribus ad interrogãdũ gẽtes simplices. Primo qualis debet esse cõfessor. Quõ cõfessor docebit ɔfitentẽ. Qualiter cõfessor cõfortabit penitentẽ. Quõ confessor ordinat confessionẽ. Que sunt p confessorẽ cauenda. De inqsitione ɔfessoris ad ɔfitentẽ. De modo querẽdi circa pctm̃. De q̃rendis circa pctã mortalia. De querendis circa p̃cepta legis. Que vota sunt tenenda: ꝛ quę nõ. Que iuramenta sunt seruãda. Quibus cõfessor debet prohibere ne recipiant corpus xp̃i. Qualiter cõfessio est facienda.

¶ Rubrica.

¶ Qualis debet esse Confessor.

¶ Primo debet esse dulcis in corrigẽdo. Scdo prudens in instruendo. Tertio pius in puniendo Quarto affabilis in interrogãdo. Quinto suauis in cõsulẽdo. Sexto sit discretus pniam iniungẽdo Septimo sit mutus ɔfitentẽ audiẽdo. Octauo sit benignus in absoluendo. Vñ v̾sus. Cõfessor dulcis prudẽs pius affabilisq̃. Suauis discret⁹ mut⁹ sit atq̃ benign⁹. Hec octo tibi p̃cipiũt iura teneto.

¶ Quomõ confessor docebit confitentem.

¶ Primo cõfessor recipiat benigne ꝛ gratiose cõ

fitentē dū venit. Item faciat cōfitentem esse iuxta latus suū. Item dicat ei q̄ cōfitetur Vicario xp̄i. Itez dicat ei q̄ signet se signaculo sancte Crucis dicendo/ In noīe patris ꝛ filij ꝛ spiritussancti.

¶ Qūo Cōfessor confortabit confitentem.

¶ Pⁱo ostēdet ei q̄ xp̄s mortuus fuit ꝑ nobis pctōribus. Itē q̄ ipse est pius ꝛ misericors. Item q̄ sibi indulgebit si cōfiteat̄. Itē q̄ sctūs Petrus negauit xp̄m. Itē qūo sctūs Paulus ꝑsequebat̄ xp̄m. Itē q̄ sctūs Dauid fecit homicidiū. Itez de pctō beate Marie magdalene. Itē de Cananea capta in adulterio. Et tñ oēs isti sunt sanctificati: quia penituerunt ꝛ cōfessi sunt. Itez q̄ melius est detegere pctm̄ suū in hoc mūdo vni sacerdoti: q̄ȝ corā oībus in alio mūdo: ꝛ cū hoc ꝑpetue dānari

¶ Quomodo Cōfessor ordinet confessionē.

¶ Primo audiat confessionē generalem: deinde audiat cōfessionem specialem. Primo de quinq̄ȝ sensibus corpis. Deinde de septē peccatis morta libus. Item de decem preceptis sacre legis. Itez de duodecim articulis fidei. Itē de septē sacramē tis ecclesie. Item de operibus misericordie tēporalibus ꝛ spūalibus. Itē de confessione nō debite facta. Item de penitentijs non debite completis. Item de participatione cum excōmunicatis.

¶ Que sunt cauenda per Confessorem·

¶ Primo caueat cõfessor ne q̃rat de peccatis sin gulariter; sed in generali· Itẽ nõ q̃rat confessor cũ quo vel cũ qua ꝯfitens peccauerit· Itẽ ne vitupe ret ꝯfitentẽ nec eũ reprehendat vsq₃ in finem· Itẽ nõ respiciat cõfitentẽ in facie· Ite₃ nihil interroget donec cõpleuerit· Item nõ petat a cõfitenti quis fecit te peccare ! quia nullum debet accusare·

¶ De inq̃sitione cõfessoris erga cõfitentẽ·

¶ Primo interroget eũ si sciat Prẽ nr̃· Aue maria Credo in deũ· articulos fidei· ⁊ decẽ precepta le gis· ⁊ si nesciat precipiat ei q̃ addiscat· Itẽ querat ab eo si sit excõicatus· Item si cõpleuerit suas pe nitentias· Itẽ si habet rancorẽ cõtra aliquẽ· Item si vere penitet de peccatis· Ite₃ si dimiserit dicere vel obmiserit aliquod peccatũ· Item si velit absti nere a peccato· Item si velit obedire mãdatis ec clesie· Item si habet voluntatem satisfaciendi·

¶ De q̃rẽdis p ꝯfessorẽ circa quodlibet pctm̃·

¶ Primo q̃rat cõfessor qd fecit ꝯfitens/ vt sciat si sit mortale vel veniale· Secundo cui fecit: q₂ gra uius est pcutere clericũ q̃₃ laicũ· Tertio vbi fecit: q₂ deterius esset intra ecclesiam q̃₃ extra· Quarto quare fecit: q₂ pcutere malitiose est peius q̃₃ pcu tere a casu· Quinto quot vicibus fecit illud pctm̃;

quia grauius est bis q̄ semel·Sexto quō peccauit
vtrū modo cōsueto vel cōtra naturā · Septimo ꝛ
vltimo qn̄ fecit:qꝛ peius est in die festo q̄ feriali·

¶ De q̄rēdis p̄ ꝯfessorē circa·x·p̄cepta legis·

¶ Circa primū querit̄ si credidit in deū:articulos
fidei:ꝛ sacramenta ecclesie: si adhibuit fidē sortile
gijs somnijs augurijs ꝛ incantationibus: si diligit
fratrē suū xp̄ianū ꝛ vellet q̄ saluet̄ sicut ip̄e·Circa
secundū querit̄ si periurauerit se:si iurauerit deū ꝛ
sanctos sine cā:si mēdacia dixerit:si vota fregerit·
Circa tertiū si festa seruauerit: si quadragesimā ꝛ
vigilias ieiunauerit: si tempus in ludis ꝛ in socijs
p̄didit·Circa quartū si parentibus obediuit:si eis
in suis necessitatibus subuenerit:si p̄latos ꝛ maio-
res honorauerit· Circa quintū si homicidiū fecit:
vel cōsenserit: si subuenit infirmo in articulo morꝭ
si fecit q̄ mulieres nō conciperēt:si fecit q̄ mulier
fecit abortum· Circa sextum si detinet mercedem
seruoꝝ: si fideliter laborauerit pro alijs ; si furtum
sciēter emerit:si perditū notū sibi obtinuerit·Circa
vij·si violauerit mulierē: si in partu vel puerperio
eā cognouit·Circa·viij·si aliquē blasphemauerit:
si de ignotis sibi disposuerit· Circa nonū si vxorē
vicini attraxerit;si maritū p̄ ea vilipenderit·Circa
x·si agros domos aut seruos sui vicini concupiuit

¶ De querendis circa mortalia peccata.

¶ Circa superbiã querit̃ si iactet se ꝓpter amicos vel propter diuitias: si crediderit habere bona sua de seipso: si crediderit q̄ sit bonus ⁊ iustus. Circa inuidiam si gaudet de malo alterius: si gaudet cũ aliquis vituperat̃: si dolet de bñ ⁊ vtilitate alioꝝ. Circa irã si percusserit aliquẽ: si fecerit vel dixerit alicui iniuriam: si voluisset esse mortuus in ira sua. Circa accidiã si vadit ad ecclesiã: si penitentias in iunctas fecit: si dixit sepe Pater nr̃. Aue Maria, credo in deũ. Circa auaritiã si cupit aliena: si fecit, vel ꝓcurauit simoniã: si prestitit ad vsuram. Circa gulam si contentus sit de victu: si comederit multotiẽs in die: si q̃rit victus nimis delicatos. Circa luxuriã si cogitat sepe de hoc: si mulierẽ attigit inhoneste: si mulierem pro alijs procurauit.

¶ Que vota sunt tenẽda: ⁊ que reprobãda.

¶ Votũ est promissio alicui de aliquo bono facta cũ deliberatione. Votum de re illicita nõ obligat. Votũ i ira factũ nũc nihil valet. Votũ nulli factũ nõ tenetur. Votũ p timorẽ factũ non tenet̃. Votũ pueroꝝ non tenet̃: nisi post etatem legitimã ratũ ⁊ gratũ habeant. Votũ peregrinationis vxoris nõ tenet̃ sine cõsensu mariti. Votũ vxoris factũ de ieiunio non valet: nisi sit de licentia sui mariti. Votũ

castitatis in matrimonio factum non valet: nisi de cõsensu amboꝝ. Votũ factũ impediẽs coniugale non valet neq̧ tenet in aliquo. Votum serui non liberi de intrando religionem nõ valet nisi de consensu dñi. Votum peregrinationis vltra mare nõ impletur sine licentia pape. Votũ jeiunij mulieris impregnate nõ debet seruari propter periculum. Votum contra bonum publicum est irritum.

¶ Que iuramenta debent seruari/ et que nõ.

¶ Juramentũ est affirmatio vel negatio ꝺ aliqua sacre rei attestatione.

¶ Ad iuramenta requiruntur Tria.

¶ Primo veritas in ꝯsciẽtia iurantꝭ ꝙ firmũ sciat illud quod iurat. Secundo requirit̃ iustitia scilicet ꝙ inter illud qꝺ est licitũ et honestũ. Tertio requiritur judiciũ scilicet ꝙ nõ iuret sine magna necessitate. Qui iurat ꝑ solem et lunã ꝑ ignẽ et aquã et ꝑ talia peccat. Qui iurat alicui obedire intelligit̃ in honestis et licitis. Qui iurat aliqꝺ pctm̃ nõ debet seruare tale iuramẽtũ. Qui iurat nõ facere elemosinã/ vel nõ indulgere offensaȝ nõ valet. Qui iurat de sibi ignotis affirmatiue vel negatiue multũ peccat. Qui iurat de aliquo sine aliqua magna causa vel sine necessitate peccat. Qui iurat cõtra bonos mores vel cõtra rempublicã; nõ tenẽs iuramentũ

peccat grauiter: sed dz cõfiteri eo ꝙ sicut iurauit.

¶ Quibus Confessor prohibet recipere corpus xpi.

¶ Nullus recipiat corpꝰ xpi nisi fuerit priꝰ debite confessus. Nullus recipiat corpus xpi nisi prius fecerit satisfactionez si potest. Nullus recipiat corpus xpi nisi prius fecerit penitẽtiam: aut opus misericordie. Nullus excõmunicatus aut interdictꝰ presumat recipere corpus xpi. Nullus insensatus vel fatuus aut indiscretus recipiat corpus christi. Nullus existens scienter in peccato debet recipe corpus xpi. Nullus habens vomitum vel tussim seu malum stomachum debet recipere corpus xpi Nullus minor etate duodecim annoruz debet recipere corpus xpi. Nullus habens rancorem contra aliquem: nec aliquis dubitans in fide catholica debet recipere corpus xpi. Nullus recipiat corpus xpi post comestionem/nisi in articulo mortis. ¶ Nota ꝙ qui non recipit corpus xpi semel in anno peccat mortaliter: ꝛ hoc nisi sit de cõsilio superioris: ꝛ de licentia sui confessoris.

¶ Qualiter Confessio est facienda.

¶ Qui se vult confiteri primo dz cogitare ad pctã que fecit ad fratrẽ ꝙ de oibus cõfiteatur: ꝛ nulla dimittant si põt memorari. Primo debet eligere

capellanū bene sapientē cui ꝯfiteoꝛ: ⁊ hoc de licē-
tia sui curati vel supioris. Secūdo debet hr̄e verā
cordis cōtritione ⁊ displicētiā de pctis cū ꝓposito
amplius nō peccādi. Tertio requirit oris cōfessio
pctā sua integre ꝯfitēdo: seipm̄ increpādo: ⁊ nullū
aliū si pōt bono modo accusando. Quarto reqrit
opis satisfactio: vel volūtas satisfaciēdi cū poterit:
iniurias p ꝑ eū factas emendādo: ablata ⁊ inuēta re
stituendo: ⁊ pniām sibi iniūctam debite ⁊ integre
adimplendo. ¶ De confessione in generali.
¶ Primo volēs ꝯfiteri dꝫ suū Cōfessorē salutare
deinde se iuxta eū ad latus suū geniculare: ⁊ si est
vir debet suū caputiū remouere: mulier vero non
immo debet tenere caputiū suū ante oculos suos
dum ꝯfitetur. Itē ꝯfitens debet dicere Bn̄dicite:
⁊ Cōfessor debet rn̄dere Dn̄s sit vobiscū Amē.
Deinde ꝯfitens debet facere ꝯfessionē generalē.
dicendo sic. Cōfiteor deo oīpotenti: ⁊ btē marie
virgini: ⁊ oibus sctis: ⁊ vobis patri d̄ oibus pctis
meis que feci vsqꝫ in hūc diē p̄ntem: de qbus om
nibus peto a deo ⁊ a vobis qui estis hic locum te
nens Jesu xp̄i misericordiam ⁊ indulgentiam.
¶ De Confessione in speciali.
¶ Primo cōfiteaꝛ de suis pctis in speciali. Pri
mo de quinqꝫ sensibus naturalibus sui corporis.

quos male rexit: ⁊ per quos sepe peccauit. Prio de sensu Visus p̱ oculos in aspiciendo aliquā mulierē cū delectatione: vel cū cōcupiscētia indebita: aut cū indignatione ⁊ displicētia. Secūdo ꝯfiteaṫ de sensu Auditus qui fit per aures vana ⁊ inutilia auscultādo: mala verba ⁊ inhonesta de alijs libentissime audiēdo. Tertio ꝯfiteatur de sensu Odoratus qui fit p̱ nasum res odoriferas odorādo sicut rosas species ⁊ similia. Quarto de sensu Gustus: qui fit in lingua: res delectabiles auide gustando comedendo ⁊ bibendo. Quinto de sensu Tactus qui fit in oībus partibus corporis: maxime cū manibus mēbra mea illicite tangēdo: viros aut mulieres amplectendo aut indebite osculando. Deinde confiteaṫ de cogitatiōe imaginatione que fit in cerebro aut in corde cogitādo ⁊ imaginādo cogitationes multas malas ⁊ puersas. Deinde cōfiteaṫ de ore p̱ quod peccauit loquēdo sepe ꝯtra deum iurādo ⁊ male gratiādo: ipsum proximos ⁊ alios male diffamādo. Deinde ꝯfiteaṫ de pedibus suis quibus iuit ad loca inhonesta ⁊ prohibita: sicut lupanaria in tabernas ⁊ ad torneamenta.

¶ De septem peccatis mortalibus.

¶ Postea confiteatur de septē pctis mortalibus siue criminalibus: ⁊ de radicibus ipsoꝝ. De super

bia: ⁊ de radicibus suis. Primo voluit superare maiores: ⁊ despicere equales ⁊ inferiores. Item fuit arrogans dicens se hr̃e multas diuitias quas non habuit. Item fuit cõtentiosus impugnãdo veritatẽ p magnũ clamorẽ. Itẽ noluit esse obediens neq̃ suo cõfessori neq̃ mãdatis ecclesie. Itez fuit p̄sumptuosus credere plus scire vel valere q̃ sciat vel valeat. Itẽ fecit bona in publico ꝓpter laudẽ. Itẽ fuit ingratus nolens reddere gratias deo de beneficijs per eum acceptis. Itez iactauit se habere multa bona ⁊ multos magnos amicos.

¶ De Auaritia seu cupiditate.

¶ Primo fuit nimis cupidus ad bona ⁊ honores huius mũdi. Itẽ custodiuit diuitias suas curiose. Item expendit bona nimis parce. Item si fuerit simoniacus vendendo vel emendo spiritualia. Itẽ de vsura: si prestitit ad vsuram pecuniã vel bladũ videlicet recipiat lucrum vel seruitiũ. Item si furatus fuerit aliquid. Si detinet aliena violenter.

¶ De Luxuria ⁊ pollutione.

¶ Primo delectat̃ in ope carnali mẽte vel facto: ⁊ sine ratione. Item si cognouit carnaliter alienaz mulierem/vel suã consanguineam. Item de pollutione facta de die vel de nocte vigilando vel dormiendo. Itẽ si cognouit propriã vxorem in puer-

perio/aut in vigilijs/aut in ieiunijs/ vel diebus so lēnibus/vel qn̄ erat infirma corpore. Item si cōtra naturam masculus cum masculo/vel cū bestia/aut mulier cum muliere/vel in loco nō ordinato.

¶De Ira seu rancore.

¶ Primo quia voluit habere vindictā de iniurijs sibi factis vel dictis. Item non voluit indulgere amore dei/ nec expectare vindictā dn̄i. Si tenuit rancorem cōtra aliquē. Itē nō tenuit patientiam in aduersis/nec voluit refrenare animū suū. Item voluit malū quod cōplere nō potuit/ sicut furtum aut homicidiū. Item predilexit quādoqz Judeus fuisse q̄z xp̄ianus/ et mortuus q̄z viuus.

¶De Gulositate.

¶ Primo comedit vel bibit vltra necessitatē. Itē comedit vel bibit nimis auare. Item comedit vel bibit ante horā. Itē pauit cibaria care et superflue Item nō abstinuit a cibo vel potu vt daret paupe ribus et egenis. Itē tenuit mensam nimis longe.

¶De Inuidia seu maliuolentia.

¶ Primo habuit gaudiū de dāno aliorū: et doluit de bono ipsorū. Item plures blasphemauit iniuste Itē mouit discordiā sepe inter amicos et proximos. Itē tacuit bonū aliorū: nec voluit audire et referre laudē bonorū. ¶De Accidia seu pigritia.

¶ Primo fuit piger mane surgere ire ad ecclesias
& missam audire. Itē fuit piger fragmēta colligere
& ipsa pauperibus dare. Itē maluit occisus esse q̄
deū laudare; aut bonū opus facere. Itē negligēs
fuit bona terre colligere: & ipsa debite seruare. Itē
nō fecit diligētiā de inuitādo alios ad bonū opus
faciendū. Itē negligens fuit se tenere honeste.

¶ De decem Preceptis legis.

¶ De primo nō credidit firmiter in deū; nec amauit eū sup oīa; vel dilexit nimis vxorem suā: filios aut filias. De secundo iurauit deū & sctōs sine necessitate; & q̄ iurauit sciēter. De tertio nō seruauit mādata nec festa; nec abstinuit se a pctō. De quarto nō honorauit parētes naturales vl' spirituales nec sanctā matrem ecclesiā. De quinto si peccauit occidēdo vel nō iuuādo moriētes fame vel frigore De sexto rapuit bona aliena aut consensit nec restituit inuenta. De septimo peccauit cognoscēdo vel desiderādo mulierem alienā. De octauo dixit testimoniū falsum & mēdaciū: & plures diffamauit De nono cognouit vel concupiuit vxorē proximi seu eam subornauit. De. x. & vltimo cōcupiuit vel rapuit bona sui vicini: aut ea non custodiuit.

¶ De duodecim articulis fidei.

¶ Primo non bene credidit in deum patrem: sed

credidit sortilegijs somnijs augurijs ꝛ inuocatiōi-bus demonū. De .ij. nō bene credidit in filium dei scilicet in dn̄m nostrū Jesum xp̄m. De .iij. ꝙ sit cō-ceptus de spiritu sctō: ꝛ natus ex Maria virgine. De .iiij. ꝙ fuit crucifixus mortuus ꝛ in sctō sepul-chro posit⁹. De .v. ꝙ tertia die resurrexit ex mor-tuis in carne ꝛ ossibus suis. De .vj. ꝙ ascendit ad celos: sedet ad dexterā dei patris. De .vij. ꝙ ipse iudicabit omnes: ꝛ reddet vnicuiqꝫ iuxta opa sua. De .viij. nō bene credidit in tertiā p̄sonā trinitatis scꝫ Spiritū sctm̄. De .ix. nō bene credidit in sctām ecclesiam: ꝛ facta ꝛ ordinata per eam. De .x. non bene credidit in sacramentū altaris: ꝛ ꝙ digne su-mens saluabit. De .xj. nō credidit generalē resur-rectionē futurā in corpe ꝛ aīa. De .xij. nō credidit ꝙ paradisus sit vita eterna ꝛ gloria beatoꝝ.

¶ De .vij. opibus misericordie tp̄alibus:

¶ De primo nō dedit panē esurientibus: nec cibū ꝛ debite custoditū. De .ij. non dedit bibere sitienti bus saltē aquā mundā ꝛ recentem. De .iij. nō visi-tauit infirmos: nec dignatus est eos inspicere. De .iiij. non vestiuit nudos; nec cooperuit eis mēbra pudibunda. De .v. nō hospitauit pauperes amore dei: aut pro sua pecunia. De .vj. nō redemit incar-ceratos; nec voluit intercedere pro ipsis. De .vij.

nō sepeliuit defunctos: nec pcurauit ad sepiēdu3.

¶ De .vij. operibus misericordie spūalibus.

¶ Primo nō dedit consiliū petentibus: vel dedit malū ɔsiliu3 ꝛ peruersum. De secundo nō docuit fidē ignorantes. De tertio noluit dirigere deuiantes. De quarto non dedit consilium carentibus. De quinto nō planxit dolores paupeꝝ. De sexto non orauit pro peregrinantibus: nec etiam pro laborantibus. De septimo nō effudit preces: nec dedit elemosinas pro fidelibus defunctis.

¶ De septem Sacramentis ecclesie.

¶ De baptismo nō credidit q̄ p eū pena relaxet: ꝛ culpa remittatur. De ɔfirmatiōe quā fecit Eps De sacris ordinib⁹ institutis. De sacrificio misse: seu hostie. De matrimonio qđ deus instituit. De sacra penitētia ꝛ ɔfessione. De extrema vnctione quibus non adhibuit fidem rectam; nec recepit; nec honorauit vt debuisset. Item de confessione non debite facta. Item de penitentijs non debite cōpletis. Item de participādo cū excōicatis.

¶ Tractatus de absolutionibus.

¶ Querit̄ quis pōt absoluere? Rñdetur q̄ deus principaliter: nā solus deus peccata remittit. Secūdo dñs Papa/ vel suus Penitētiarius potest absoluere penitētem vel confitentē. Tertio Eps

suũ diocesanũ absoluere potest ꝛ nõ aliũ. Quarto curatus absoluere potest suũ verũ parrochianũ. Quinto quilibet presbiter de licẽtia curati proprij vel superioris. Sexto Religiosi priuilegiati: sicut mendicantes aut alij. Septimo de casibus papalibus ꝛ reseruatis solus Papa/ vel sui penitẽtiarij. Octauo de casibus Episcopalibus Eps absoluit suum diocesanum: aut sui vicarij vel penitentiarij. Nono omnis presbiter põt absoluere penitẽtem in articulo mortis ab oĩbus peccatis quibuscunq3 Decimo laicus potest absoluere penitentẽ in articulo mortis cum nõ possit haberi sacerdos.

Qui non debent absolui: ꝛ cuius absolutio non valet.

Primo confitens qui dicit se nõ velle aut non posse penitere. Secũdo nõ volens indulgere/ nec volens rancorẽ dimittere. Tertio nolẽs reddere inuenta cum sciat quis ea perdiderit. Quarto nolens restituere furta siue damna per eum facta. Quinto nolens soluere debita sua/ cum hoc bene posset ꝛ habeat vnde. Sexto adultus in quo non apparẽt aliqua signa ꝯtritiõis. Septimo cõfitens alteri q3 suo curato sine licẽtia eius vel superioris. Octauo excõicatus a canone vel a iudice per sententiã latam. Nono qũ peccatũ est reseruatũ con-

fitens debet mitti ad superiorē. Decimo obstinati in aliquo pctō sicut philardi/meretrix/aut vsurarij tū si instanter requirūt pñt absolui ⁊ pnía iniungi: vꝫ ꝙ hmōi pctā relinquāt: ac furta inuenta ⁊ debita reddāt: ⁊ cōfessor debet eis dicere ꝙ talis absolutio modicū valet/aut quasi nihil.

¶ Casus multū vtiles circa Confessionem.

¶ Dubitatur vtrum mutus aut surdus seu blesus possit absolui ꝑ signa vel scripta tradēdo ꝯfessori ⁊ sic possunt absolui. Dubitaṯ si aduena confiteaṯ in suo ydeomate an debeat absolui? Respondetur ꝙ cōfessor debet eum absoluere licet nō intelligat. Dubitatur si infirmus confiteatur de aliquo pctō reseruato vtrū debeat absolui? Respondetur ꝙ sic iniungendo ei ꝙ si conualescat dño cōcedente faciat se absolui per superiorem. Dubitatur si excōmunicatus sanus excōmunicatione maiori possit absolui ꝑ simplicem presbiterū de pctis suis? Respondeṯ ꝙ debet prius absolui ab excōicatione: ⁊ postea absolueṯ de suis peccatis. Dubitaṯ vtrum confitēs ꝺ casu reseruato possit absolui ab illo peccato ꝑ simplicē capellanū. Rñdetur ꝙ si est remotus a curia Romañ. potest absolui: ⁊ precipere ei ꝙ faciat se absolui cum poterit per superiorem.

¶ Finis.